



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold
Francofurti ad Moenum, 1708**

VD18 10184902

De Postulatione. Tit. 3

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](#)

videlicet de quare vide d. Jus nostr. Canon. lib. I. tit. 6. & d. Tract. de personis Eccles. lib. I. tit. 8.

Confirmationem sequi, intra menses tres, can. I. dist. 101. c. cum in II
cunctis. 7. de elect. can. 2. dist. 75. debet Consecratio; & quidem necessario: Quamvis enim Episcopus post Confirmationem in spiritualibus & temporalibus plenam confequatur administrationem, non tamen potest exercere ea quae sunt ordinis. c. licet. 4. de translat. Episcop. c. transmissam. 15. c. quod sicut. 2. 8. de elect. Conjunge in d. Jure nostro Canonicis tit.
7. lib. I. & in d. Tract. lib. I. tit. 9.

Consecrationem hanc non fuisse olim à Confirmatione distin. 12
stam pittat Duarenus cap. I. lib. 5. de benefic. Contradicit Dartis de benef.
sist. 6. cap. I. vers. puto. Recte. Proabant hoc tot. dist. 64. can. I. Apo-
stol. & ad illum Balsamon. Dicens in d. can. verbum *xagorvēn* conse-
crationem significare.

TITULUS III.

De Postulatione.

SUMMARI A.

- | | |
|-----------------------------|-----------------------------|
| 1. Postulatio Electioni si. | 5. Cur dicas gratia. |
| milis, distinguenda ta- | 6. In Postulatione via sup- |
| nō confundantur. | plici & humili incedant |
| 2. Olim non fuit in usu: | postulantes. |
| & quare. | 7. Postulare qui possint. |
| 3. Introducta postea. | 8. An Election. & Postula- |
| 4. Quid. | tion. materia hodie in usu. |

P Lectionem, de qua in praecedenti titulo diximus, sequitur I
Postulatio, Ei valde similis. Non cum ea eadem: licet po-
stulationis & electionis verbis veteres usi fuerint promiscue;
can. Episcopus. II. dist. 61. can. literas. dist. 63. Distinguendae propterea diligenter.

[Cc] 3

Et

- ² Et sciendum; Electionem tantum, non Postulationem olim
iste in usu. Fuisse enim supervacua. Quia Episcopus, Cleri Electro-
ne, consensu Populi, à Metropolitano atque Episcopis Comprovincia-
libus ordinabatur: & sic peragebatur negotium totum Metropoli-
no, & Episcoporum Synodo præsente, penes quam hujus rei erap-
tas. can. 3. *Valentinianus. can. 25. cum longè. dist. 63.*
- ³ Postea introducta postulatio; quando existimabatur dignus, quod
eligen non poterat; Ut quia neophytus, ut D. Ambrosius; can. *Nepo-*
tus. 9. can. Episcopus. 11. dist. 61. Laicus, ut D. Nicolaus, can. *fau-*
mus. 8. & his omnibus. d. dist. non perfecte eratis, in minoribus ordin-
bus, illegitimus. c. 3. & ibi *Gloss.* & in c. fin. de postul. c. innotuit. 22. &
ibi *Gloss. de elect.*
- ⁴ Est Postulatio, gratia à Superiore facta, quod aliquis promovetur
ad Praelaturam, ad quam, iure Communi, proper aliquod imple-
mentum, eligi non poterat. secund. *Dartis de benef. sect. 6. cap. 2.* At
gratiæ petitio. sec. *Panorm. in rubr. de postul.* Quem fecuti sumus ut
renostror Canon. lib. 1. tit. 5. & *Tract. nostro de person. Eccles. lib. 1. tit.*
Quos huic titulo conjugate.
- ⁵ Dico Gratias. Quia ii qui postulant, dispensationem perum po-
stulant gratiam, quia jure deficiunt. d. c. innotuit. 22.
- ⁶ Est propterea in postulatione non solum necessarium, ut vin-
cipulatoria & humili incendant postulantes, d. c. innotuit. c. 1. cum *app.*
de postulat. Prælat. sed etiam ut Postulationis libello inseratur postula-
ti defectus omnis. d. c. innotuit.
- ⁷ Postulare possunt idem qui eligere: Et quæ diximus supra, &
Eis dictorum tractatum nostrorum titulis, in electione esse obser-
vanda, & sunt observanda in Postulatione. *Gloss. in verb. Electionem. de Elec-*
tione in Sanct. Pragm. Vide in d. Tract. nostro. lib. 1. d. tit. 7. de postulat.
- ⁸ Sed Electionis & Postulationis materiam parum esse in usu, ne-
his temporibus practicabilem maximè in Hispania, titulumque de elec-
tione ab aula recepsisse, post Lambertin. de jure patronat. part. I. lib. 1.
qu. 7. art. 20. num. 6. in fin. & Mandol. reg. 2. Cancell. in prefat. num. 7
dicit Garciastrat. de benefic. part. 4. cap. 1. num. 11.

Coryn De Personis et Beneficiis Ecclesiasticis

G

I.

32